

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

ORGANO OFICIAL INTERDIOCESANO EDITADO MENSUALMENTE
POR LA UNIVERSIDAD DE SANTO TOMAS, MANILA, FILIPINAS.

Registrado como correspondencia de 2ª clase el 21 de Junio de 1946.

R. P. JESUS M. MERINO, O.P.
Director-Administrador

R. P. FLORENCIO TESTERA, O.P.

R. P. ANGEL ROBEZO, O.P.

Dirección Postal: Universidad de Sto. Tomás — España, Manila, Filipinas

Vol. XXXII—No. 362 Agosto, 1958

Año XXXVI

NO ES DE ESTE MUNDO.

Asombra le ligereza con que ciertos medios informantes de la opinión pública recurren al 'principio' de 'la separación entre Iglesia y Estado'. La visita de un gobernante a un dignatario eclesiástico, la participación más o menos oficial en una fiesta popular religiosa, el simple cumplimiento de sus deberes religiosos por una persona autorizada bastan a veces para levantar toda una polvareda publicitaria de protestas en defensa de 'la separación entre la Iglesia y el Estado'.

Es tambien asombroso que esto suceda solo cuando se trata de católicos. No parece sino que en la conciencia pública todas las demás confesiones nada tienen de 'Iglesia'.

Dejemos por ahora a un lado las precisiones de bien común humano general o nacional, de bien total espiritual y temporal de cada hombre, de limitación de potestades y derechos, de reconocimiento o no reconocimiento, de naturaleza del cuerpo social y situaciones circunstanciales, en fin de todos los elementos que entran en juego para determinar la vida conjunta o paralela de las asociaciones divina y humana que tienden a llevar al hombre a su destino. Tales precisiones son demasiado saber para la información comercial de nuestros días.

Lo que sí tenemos que preguntarnos es si en parte no tenemos nosotros la culpa, o al menos no damos ocasión, de tales desfuegos de sectarismo.

Porque hay problemas cuya solución tiene en su mano, la Iglesia, y de hecho Ella los resuelve, y los ha resuelto muy bien en la historia, y que nosotros nos vamos acostumbrando a ver solucionar por la policía del Estado. La santidad e inviolabilidad del matrimonio, por ejemplo, la orientación moral de los espectáculos públicos, la enseñanza de la religión a los niños, la disciplina familiar impuesta por los padres a los hijos, la honradez en el desempeño de cargos públicos o privados, problemas son muy de nuestros días que la Iglesia tiene ya resueltos en teoría y que puede resolver en la vida práctica de sus hijos sin que por necesidad haya el Estado de dar leyes contra el divorcio, la inmoralidad, la delincuencia juvenil, la infidelidad ejecutiva, etc.

Venida del cielo la Iglesia tiene sus poderes de enseñar, de administrar los sacramentos, de cohibir por medios espirituales que, dígame lo que se quiera, llegan muy a lo vivo y son más eficaces en fin de cuentas que todas las leyes humanas. ¿Por qué, por ejemplo, han de esperar los ministros de la Iglesia la iniciativa de la Policía para hacer sentir a los padres el que son criminales ante Dios cuando permiten que los hijos se desmanden?

Ni siquiera por recursos materiales queda. Por que la Iglesia, de hecho, tiene a su disposición los que sus miembros individuales pueden aportar sin que el Estado — a menos de convertirse en déspota — interfiera. Estos recursos requeridos y usados por vía de caridad, no solo han resuelto los problemas, sino que han realizado portentos y monumentos que ningún Estado igualó.

En una nación, legalmente aconfesional, pero donde el noventa por ciento son católicos, la Iglesia tiene por naturaleza del cuerpo componente de la nación misma una situación privilegiada. Las instituciones mismas le están subordinadas por el hecho de ser católicos quienes las integran. Y si la necesidad de salvaguardar los derechos de Dios y la justicia lo pide la Iglesia ha de ejercitar esos derechos naturalmente suyos. Por ejemplo, cuando una institución educacional consta de un no-

venta por ciento de profesores y alumnos católicos, la Iglesia no tiene necesidad más que de una simple homilía dominical para tener a raya a ciertos elementos académicos que quisieran imponer en la institución una vida sin Dios, sin Fe y sin Ley.

Independencia de naturaleza, pero sobre todo de acción y de vida real, ha de tener la Iglesia, perseguida, simplemente atendida y respetada, o aceptada en franca y cordial cooperación. Con leyes o sin leyes, con brazo secular o sin él o contra él, la Iglesia tiene misión divina y ha de cumplirla.

El ideal es tan verdadero como bello: Entre los extremos de gobernantes sacristanes y de prelados cortesanos están las figuras nobles de gobernantes cristianos y prelados pastores de derecho divino caminando juntos trabajando por llevar a los hombres al bienestar de la tierra y del cielo.

Pero, siempre y desde luego, la Iglesia no es de este mundo.

SECCIÓN OFFICIAL

CURIAS ROMANA

Litterae Encyclicae

DE RE CINEMATOGGRAPHICA, RADIOPHONICA ET TELEVISIFICA

(continuatio)

Entre todas las artes de divulgación el cine tiene la primacía por lo que impresiona a los sentidos, sobre todo a la vista. De ahí que la Iglesia se preocupe.

The cinema is the first among all the arts of propaganda, because it causes a deeper impression on the senses, particularly on the eyes. Hence the concern of the Church.

Inter varias technicas artes, que cogitata hominum propagant, illae hodie peculiarem locum occupant, ut diximus, quae cum auribus unaque simul cum oculis, per voces nempe imaginesque, omne genus nuntios quam latissime communicant. Hic imagines vocesque propagandi modus, ad res eitam spirituales quod spectat, aptissimus est naturae hominum, secundum Aquinatis sententiam: «Est autem naturale homini, ut per sensibilia ad intelligibilia veniat; quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet».²⁴ Quin immo videndi facultas, cum nobilior et dignior sit ceteris sensibus,²⁵ facilius ad spiritualium rerum cognitionem conducit.

Quamobrem praecipuae tres technicae artes, quibus voces, oculis autem rerum imagines ex longinquo proponuntur, hoc est cinematographica, radiophonica ac televisifica ars, non ad homines tantummodo recreandos relaxandosque pertinent quamvis non pauci hoc solum requirant auditores spectatoresque, sed ad ea potissimum propaganda, quae cum ad animi culturam, ad virtutemque alendam attineant, non parum possunt ad civilem nostrorum temporum societatem recte instituendam conformandamque conferre.

Faciliore modo, quam scripta typis edita, id profecto hac technicae artes efficere possunt, ut homines nempe inter se communicent sibi que sociam praestent operam; quod quidem cum ad civilem omnium gentium cultum fovendum per se spectet, Catholica Ecclesia, quae ex sibi credito mandato uni-

²⁴ S. THOM., *Summ. Theol.*, I, q. I, a. 9.

²⁵ Cfr. *Ibid.* I, q. 67, a. I.

versam hominum consortionem amplectitur, ad veri nominis propaganda provehendaque bona convertere percipit.

Estas artes deben servir a la verdad y a la virtud, de modo que constituyan una como ayuda mútua de pueblos y miembros de la sociedad. No basta evitar errores y fraudes, hay que evitar también las falsificaciones. Ante todo hay que mantener incólume y hasta divulgar la verdad de Jesucristo.

Those arts must serve virtue and truth. They must become a mutual help between peoples and between members of society. It is not enough to avoid errors and deceit; misrepresentations should also be avoided. Above all the truth of Christ must be kept unstained, nay it must be imparted.

Atqui eo primum spectent cinematographicae, radiophonicae artes: ut scilicet veritati virtutique inserviant.

Veritati autem propagandae ea ratione inserviant, ut vincula inter populos arctiora cotidie fiant; ut iidem mutua rerum aestimatione se intellegent; ut in quovis rerum discrimine se adiuvent; ut denique inter publicae rei moderatores singulosque civis adiutrix intercedat opera.

Veritati inservire non modo postulat, ut omnes ab errore, a mendacio, a fraude omnino abstineant, sed ut etiam ea omnia devitent, quae vel falsam, vel mancam, vel alicui parti obnoxiam fovere possunt vivendi agendique rationem.

Imprimis autem veritates, Deo revelante traditae, ut res sacre inviolabilesque habeantur. Quin immo, cur ad hoc potissimum non contendant hae nobiles artes, ut nempe Dei eiusque Filii Iesu Christi doctrinam propagent, «christianamque fidem illam mentibus inculcent, quae una potest hominum multitudinibus supernam praebere vim, qua adiutae sereno animo virtuteque consentanea queant superare discrimina, angores vero tolerare praesentis huius aetatis nostrae»?²⁶

Han de contribuir a la perfección de la vida humana: por las noticias, cuando se dan con la indicación del remedio para los males en ellas incluidos; por la divulgación de los preceptos del bien obrar y cuando no se calla criminalmente el nombre

They must contribute to the perfection of human life: By the news given together with the indication of the remedies for the evil hinted in them; by spreading the knowledge of the precepts of proper conduct and whether the name of God

²⁶ Sermo ad sodales Radiophonicae Societatis Italiae, d. 3 Decembris, a. 1944 habitus: *Discursi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. VI, pag. 209.

santo de Dios que les da fuerza, como se le calla en países comunistas; por la cultura y lícito placer que suministran a círculos más amplios que los que antes podían gozar de los espectáculos exquisitos del arte.

is not criminally withheld, as it is the case in communist countries, notwithstanding that God is the strength of those precepts; and by the culture and lawful pleasure they afford to circles larger than those which formerly were able to enjoy the exquisite forms of art.

Ac praeterea non modo veritati inserviant hae novae artes oportet, sed morali etiam humanae vitae perfectioni. Quod quidem tribus hisce modis, de quibus scripturi sumus, conferre enitantur: hoc est datis nuntiis, impertitis praeceptis, praebitisque spectaculis.

Cuiusvis rei notitia, etiamsi nihil aliud nisi veritatem reapse referat, aliquam tamen rationem in se habet, quae ad hominum pertinet aliquo modo conformandos mores. «Quae ratio, ad humanos mores attinens, nunquam est negligenda; nam quivis nuntius mentis iudicium provocat ac voluntatem movet. Nuntiator, qui suo munere fungatur digne, neminem suis dictis opprimat, sed conetur potius relatas iacturas, vel perpetrata crimina aptiore quo potest modo intellegere et explicare; quod tamen eadem excusare vel probare minime significat, sed innuere remedia ac praestare lenimenta, atque adeo ad animorum restituendam probitatem aliquid conferre».²⁷

Quae supra scripsimus, maiorem procul dubio vim habent, cum de praeceptis impertiendis agitur; quam quidem causam didascalicae taeniolae cinematographicae, radiophonicae auditiones, ac televisifica spectacula magnopere adjuvant ac provehunt, non modo ad eos quod attinet, qui adhuc iuventute florent, sed ad eos etiam, qui ad virilem iam aetatem pervenerunt. Verumtamen cavendum omnino est, ne haec impertita praecepta Ecclesiae doctrinae ac sacrosanctis eius iuribus obstant, vel recto educandae proli muneri in domestico convictu officiant atque adversentur.

Parique modo fore sperandum est, ut novae hae propagationis artes, sive a privatis exercentur civibus, sive e nutu pendent publicae rei moderatorum, varias ne impertiant doctrinas reticito Dei nomine eiusque divina lege ignorata.

Attamen, prodolor, non ignoramus in quibusdam Nationi-

²⁷ Sermo ad Nationum Societatis Consilium publicis ordinandis nuntiis, d. 24 Aprilis, a. 1956 habitus: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. XVIII, pag. 137.

bus, in quibus communismi athei commenta dominantur, hae technicae artes, quae oculosque ex longinquo attingunt, in scholis etiam eo spectare, ut religionem sanctam ex animis radicitus evellant. Quod quidem qui serena mente atque a praeiudicatis opinionibus libera consideret, facere non potest quin videat adolescentium iuvenumque conscientiam, divina veritate orbatam, novo tectoque modo opprimi, cum veritatem illam divinitus patefactam ii cognoscere nequeant, quae, ut Redemptor noster asseverat, nos liberat;²⁸ atque adeo hac callida ratione novam haberi adversus religionem insectationem.

Nos autem vehementer cupimus, Venerabiles Fratres, ut haec technica instrumenta, quibus e longinquo aures oculique facilitate summa suavique delectatione attinguntur, in id potissimum adhibeantur, ut pleniore animi cultura, ut cognitionibus ad sua cuiusque obenda munera necessariis, «utque potissimum christianis principiis homines conformentur; quibus principiis neglectis, nulla, ne n rebus quidem humans, veri nomnis progressio haberi potest»²⁹ Optamus igitur eos omnes praeceptores educatoresque debitis honestare laudibus, qui sive cinematographicis imaginibus, sive radiophonicis auditionibus, sive televisifis spectaculis ad nobilissimam eiusmodi contendunt metam.

Animadvertendum praeterea est, praeterquam editis nuntiis et impertitis praeceptis, spectaculis e tiam haud parum posse has novas artes ad verum hominum conferre bonum.

Id genus enim spectacula plerumque aliquid habent, quod non solum ad delectandos homines et ad eis praebendas rerum notitias pertinet, sed ad animos etiam instituendos. Iure igitur meritoque a Decessore Nostro fel. rec. Pio XI cinematographica theatra «veluti rerum scholae»³⁰ appellata sunt; scholae enim idcirco dici possunt, quod id genus spectationibus scaenica actio adiungitur, in qua vividae illae species, quae versatilis lucis motu effinguntur, cum congruentibus vocibus musicisque concentibus non sine magna fascinatione ita copulantur, ut non modo intellegentiam ceterasque facultates, sed totum etiam hominem attingant, eumque sibi quadam ratione coniungant, ac secum quasi rapiant ad effectam rem participandam.

²⁸ Cfr. IOAN, VIII. 32.

²⁹ Cfr. Nuntius radiophonicus ad christifideles Columbiana Reipublicae, d. 11 Aprilis, a. 1953 habitus, cum Statio Radiophonica Sutacientiae inaugurabatur: A. A. S., vol. XLV, 1953, pag. 294.

³⁰ Ep. Enc. *Vigilanti cura*, d. 29 Iunii, a. 1936: A. A.-S., vol. XXVIII, 1936, pag. 255.

Cinematographicae, radiophonicae ac televisificae artes, quamquam varia spectationum genera, iam diu in usum inducta, quodam modo amplectuntur, novum tamen unaquaeque artificium exprimit, atque adeo novum spectaculi genus, quod non paucis destinatur selectisque spectatoribus, sed hominum multitudinibus, qui aetate, vitae ordine animique cultura inter se differunt.

Para obtener esto es preciso que tiendan a la verdadera educación del espectador, de modo que no se dirijan a pasmarle, sino a formar su buen juicio. Tal es el provecho que buscan los hombres sensatos y con ellos la Iglesia.

To obtain this it is necessary that they be directed towards the true education of the public in such a manner that they do not intend to astonish, but to form the sound judgment. Such is the advantage looked for by sensible men and by the Church.

Ut autem, hisce in rerum condicionibus, eiusmodi spectacula, id, ad quod pertinere debent, assequi queant, necesse est, ut spectatorum mentes animique tam recte instituantur atque educentur, ut non modo propriam unicuique arti formam intellegant, sed ut recta potissimum conscientia hac in re ducantur; ita ut varia elementa, quae cinematographicum vel televisificum album conspicienda proponit, vel quae ex megaphonio eduntur, mature considerare et iudicare queant, non autem, ut saepenumero contingit, eorum vi fascinationeque alliciantur et incomposite rapiantur.

Si haec animorum institutio et conformatio desit, quae christianae doctrinae lumine collustretur, tum nec honesta oblectamenta, quae «omnibus, quotquot negotiis vitaeque sollicitudinibus detineantur, necessaria prorsus esse nemo est qui non videat»,³¹ neque mentis culturae profectus in tuto posita esse possunt.

Sanae huius spectatorum educationis necessitatem catholici laudabili consilio incepta, quae eo contendunt, ut iuvenes et adulti satius aptiusque velint horum spectaculorum utilitatem et pericula perspicere attenteque considerare. Hoc tamen causam numquam praebeat spectacula frequentandi, quae rectis officiant moribus; quin immo ad ea tantum indicanda ac deligenda conducere debet, quae cum Ecclesiae praeceptis congruant ad religionis morumque normas quod spectat, et quae prae-

³¹ Ep. Enc. *Vigilanti cura*: *ibid.* pag. 254.

scriptis obtemperent ab Ecclesiasticis hac de re Officiis imper-
titis.

- El Papa no solo aprueba, sino que recomienda tal uso educativo, y desea que se imponga en todas las Ordenes, en la Acción Católica y en las Parroquias. Así se disminuirá el mal. Los predicadores que usan tales medios son dignos de alabanza y han de ser ayudados.

- The Pope not only approves of, but recommends as well such use for education, and He desires that it be imposed in the Religious Orders, in Catholic Action and in the Parishes. The preachers who use such means are praiseworthy and must be helped.

Haec incepta, si, ut omnino confidimus, didascalicis principiis rectisque animi culturae normis conformantur, Nos non modo probamus, sed commendamus etiam; atque adeo cupimus, ut inducantur in cuiusvis ordinis scholas, in Actionis Catholicae sodalitates et in paroeciales coetus.

Recta eiusmodi spectatorum institutio atque educatio ex una parte id efficiet, ut pericula minuantur, quibus mores pesumdari queant; ex altera vero ut christiani possint, per novas, quas adipiscentur cognitiones, animum ad supernas veritates meditandas erigere.

Peculiari autem modo exoptamus eos divini verbi praecones hac etiam de causa dilaudare, qui, sum sint conscii se officio teneri morum integritatem servandi incolumen eorum populorum, quos suis laboribus excolunt et ad viam veritatis traducunt, cinematographicis etiam, radiophonicis et televisificis artibus recto modo in hanc causam utuntur; atque adeo quas utilitates, quae inventa, reapse salutifera, nostra induxerit aetas, cum iisdem communicant. Cupimus igitur, ut eorum operae eorumque conatibus ii praesertim obsecundent, qui vel in Ecclesia vel in civili societate auctoritate pollent.

Adviértase que no basta la educación de los espectadores. Se necesita la acomodación a los diversos niveles de sensibilidad moral y desarrollo de juicio. Por lo mismo la responsabilidad es más grave en materia de televisión, que lleva al hogar, hasta delante de los niños, espectáculos a veces horrendos. De ahí que autoridades e iniciativas privadas traten de alejar la juven-

It must be kept in mind that such education of the spectators is not enough. There must be an adaptation to the different levels of moral sensibility and mental development. Because of this the responsibility is greater in the case of television, which brings home, even to children, horrid shows. Hence authorities and private persons try to take away the youth from such dangers. The Holy

tud de tales peligros. El Papa exhorta a los jóvenes a considerar la gravísima obligación que les incumbe de guardarse libres de inmoderados placeres y orientarse a cosas más altas.

Father exhorts young people to consider the most serious duty they have to keep themselves away from unlawful pleasures and to strive for higher aims.

Animadvertendum tamen est hac in moderanda causa rectam, de qua locuti sumus, spectatorum institutionem educationemque non omnino sufficere. Necesse enim est, ut singula spectacula ad peculiarem cuiusvis aetatis ratiocinandi gradum, sentiendi vim, animi fascinationem, morumque condicionem apta atque accommodata sint.

Id quidem idcirco summam suscipit gravitatem, quod, cum radiophonicae auditiones ac televisifica praesertim spectacula intra ipsos domesticos parietes facillime habeantur, repagula subvertere minantur, quibus sana prolis educatio in tuto poni necesse est, usque dum adulescens aetas necessariam virtutem adipiscatur, qua victrix possit saeculi tempestates superare.

Quam ad rem tribus abhinc annis, haec Italiae Episcopis scribebamus: «Cur non horreamus, si intento recogitemus animo, per televisificas spectationes etiam in domestico convictu omnes posse venenatum illum aerem imbibere, qui “materialismi” placita sapit, qui fatuitatem et omne genus voluptates cupidinesque eodem modo spirat, quo in cinematographicis auditoriis saepe saepius contingit?»³²

Haud ea ignoramus incepta, quae non modo ii, qui publica fruuntur auctoritate, sed privati etiam coetus provexerunt, quorum est iuventutis educationi dare operam; incepta dicimus, ac proposita, quibus eo contenditur, ut adulescentes a spectaculis pro facultate abstrahantur, quae eorum aetati consentanea non sint, et quae saepius non sine gravi discrimine frequentantur. Quidquid laudabili hac de causa agitur, Nos valde probamus; animadvertatur tamen oportet magis quam physiologicas perturbationes, quae inde evenire queant, pericula praecavenda esse, quae ad iuvenum mores attineant; pericula, quae nisi opportuno tempore praeventantur ac prohibeantur, ad ipsius humanae societatis detrimentum et ruinam multum conferre possunt.

Iuvenes Nobis carissimos hac de causa paterno adhortamur animo, fore confisi, ut, cum de spectaculis agitur, in quibus

³² Cfr. Adhortatio de televisione, d. 1 Ianuarii, a. 1954: A. A. S., vol. XLIV, a. 1954, pag. 21.

eorum innocentia periclitari possit, eorum temperantia prudentiaque christiana eniteant. Grave eis officium est innatum illud effrenumque quidquid videndi audiendique studium compescere ac moderari; ac liberum animum ab immodicis terrenisque voluptatibus servare, et ad superna dirigere.

La Iglesia quiere cumplir con su cometido en esta importante materia. Pío XI mandó que en cada nación existiera un organismo estable para emitir y publicar el juicio oportuno. Los Obispos de muchas naciones lo han constituido. El Papa manda que donde aún no exista se erija cuanto antes. Además, tales organizaciones han de ponerse en relación con las demás nacionales o internacionales aprobadas por la Santa Sede y para las cuales quiere dar normas.

The church intends to fulfill her mission in this important matter. Pius XI ordered that in every nation an organization be established for judging and classifying the movies. The bishops of several nations have established them. The Holy Father commands that they be organized wherever they are not yet existing. Such organizations must be in contact with similar organizations, national or international, which have been approved by the Holy See and about which He wants to issue some regulations.

Ecclesia, cum probe noscat ex novis hisce artibus, quae directo oculos auresque attingunt, plurima bona plurimaque mala ac pericula, prouti iisdem utantur homines, oriri posse, suo munere hac etiam in re perfungi cupit; quod per se non ad variam animi culturam pertinet, sed ad religionem potissimum et ad mores regendos moderandosque.³³

Quo aptius et facilius huic obeundo muneri prospiceretur, Decessor Noster imm. mem. Pius XI asseveravit atque edivit «prorsus necessarium esse **Episcopos** stabile pro tota Natione inspectionis Officium constituere, cuius (esset) honestas imaginum series promovere, ceteras autem indicato more generatim distribuere, ac denique editum ab se iudicium sacerdotibus et christifidelibus significare»;³⁴ ac praeterea catholicorum omnia incepta de re cinematographica ad probum finem dirigi necesse esse.

In nonnullis autem Nationibus Episcopi, has normas prae oculis habentes, huius generis Officia constituerunt non modo

³³ Cfr. Sermo ad moderatores, docentes, et cultores Consociationis ex omnibus Nationibus Institutorum Archaeologiae, Historiae, et Artis Historiae, d. 9 Martii, a. 1956, habitus: A. A. S., vol. XLVIII, 1956, pag. 212.

³⁴ Ep. Enc. *Vigilanti cura*, d. 29 Iunii, a. 1936: A. A. S., vol. XLVIII, 1936, pag. 261.

ad rem cinematographican quod attinet, sed ad radiophonicam etiam ac televisificam.

Iamvero Nos mature considerantes spirituales utilitates, quae ex hisce technicis artibus oriri possunt, itemque necessitatem christianorum morum integritatem tutandi, quam id genus spectationes facile in discrimen adducere possunt, cupimus, ut in singulis Nationibus, si eiusmodi Officia nondum habeantur, nulla interposita mora constituentur quam primum; eademque viris, harum artium usu peritis, concredantur, quos aliquis sacerdos moderetur ab Episcopis delectus.

Vos hortamur praeterea, Venerabiles Fratres, ut in singulis Nationibus haec virorum Officia, sive ad rem cinematographicam, sive ad radiophonicam, sive denique ad televisificam pertinent, vel ab uno eodemque Consilio pendeant, vel saltem adiutricem invicem operam praestent; itemque hortamur, ut christifideles, ii praesertim, qui in Actionis Catholicae agminibus militant, debito modo edoceantur, ita ut necessitatem percipiant communem efficacemque operam hisce Officiis praestandi libenter.

Et quandoquidem quaestiones hac de re non paucae haud facile queunt in singulis Nationibus enodari ac solvi, perutile profecto erit, si haec singula Officia ad magnas illas ex omnibus Nationibus Consociationes pertinebunt, quas Apostolica haec Sedes, re mature considerata, iam probavit.

Haud dubitamus autem vos, Venerabiles Fratres, ex iis, quae ad obtemperandum hisce normis, non sine labore et incommodo feceritis, uberes prodituros esse salutaresque fructus; quod tamen facilius aptiusque eveniet, si peculiaria praescripta, quae de re cinematographica separatim ac de re radiophonica et televisifica per Encyclicas has Litteras edituri sumus, ad effectum diligenter deducantur.

(To be continued)

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS.

Misa de la Virgen del Pilar

Concedida para todas las diócesis de
ESPAÑA, HISPANOAMERICA Y FILIPINAS.*

Prot. num. C.27/958

A instancias de los reverendísimos Ordinarios de España, de Ibero-América e Islas Filipinas, la Sagrada Congregación de Ritos, usando de las facultades a ella concedidas por nuestro santísimo señor el Papa Pio XII, benígnamente accedió a que el día 12 del mes de Octubre pueda celebrarse en todas las iglesias y oratorios de España, de Iberoamérica y de las Islas Filipinas una misa solemne o cantada y otra rezada, propia de la Bienaventurada Virgen María del Pilar, con tal que no concorra doble de primera clase u otra fiesta de la Virgen Madre de Dios. Si concurriere doble de segunda clase, se permite solamente una misa solemne o cantada, observando en lo demás las rúbricas. El presente indulto será valedero para el próximo decenio. Sin que obste nada en contrario.

Día 14 de Febrero del año 1958.

Firmado C. CARD. CICOGNANI

Prefecto de la Sgda. C. de Ritos.

ENRIQUE DANTE, *Secretario*.

** Hanc in lucem prodimus concessionem lingua hispanica, eam desumentes ab ephemeride ECCLESIA (Abril 1958 p. 6), ne, dum textum latinum expectamus, oportunitas transeat utendi facultate concessa celebrandi in Insulis Philippinis die 12 Octobris Missam Propriam de Beata Virgine Maria a Columna (del Pilar), in quolibet oratorio aut ecclesia; unam quidem solemnem aut cantatam et alteram lectam si Duplex I Classis non occurrat; aut unam tantum solemnem aut cantatam, si occurrat Duplex II Classis.*

(Editor)

SAGRADA CONGREGACIÓN DE SEMINARIOS Y UNIVERSIDADES

Instrucciones a los Centros de Enseñanza Media y Profesional Dependientes de la Autoridad Eclesiástica

1. En la variedad y multiplicidad de proyectos sobre la escuela media y de preparación profesional, los educadores católicos, y de modo especial los que desempeñan sus tareas en las escuelas dependientes de la autoridad eclesiástica, deben, con justo título, tener presentes algunos puntos fundamentales que constituyen como las ideas *madres* para el desarrollo de todo plan educativo.

Problema estructural

2. Ante todo debe afrontarse claramente el problema, por así decir, *estructural* de tal escuela, es decir, cómo debe ser organizada, cómo haya de armonizarse con las exigencias del alumno y del mundo moderno; cuál, en fin, deba ser su contenido humano, religioso, moral, y cuál su valor formativo en relación con las necesidades de la vida cristiana.

3. La estructura de tal escuela deberá prudentemente adaptar las opuestas exigencias y dosificar con prudente, medurado equilibrio, aquellos elementos constitutivos que se la quieran imprimir; en otras palabras, acentuar, de un lado, su carácter *unitario*, y de otro, darle un destacado movimiento *orientador*, en el sentido de enderezar al alumno hacia la selección de su propia vocación.

En ambos casos es preciso, además, desarrollar en sumo grado el *contenido formativo* de tal escuela, cuál pueda ser de ordinario su naturaleza primigenia o de *unidad* o de *orientación didáctica*.

El problema del profesorado

4. Es claro que para la ordenada organización de tal escuela es preciso disponer de personal suficientemente preparado, en posesión de los necesarios requisitos morales e intelectuales; personal que sepa adaptarse sabiamente a las necesidades de los tiempos, que pueda realizar, de manera realmente perfecta, su obra formativa en el comienzo, en el desarrollo y el término de la vida escolástica.

Esta Sagrada Congregación, particularmente celosa de la recta formación del personal docente eclesiástico y religioso, ha llamado repetidamente la atención de los superiores responsables sobre la necesidad de preparar idóneos elementos para las escuelas dependientes, y no ha dejado de preocuparse de facilitarles el camino de consecución de los requeridos títulos académicos.

A tal fin se ha dado adecuado desarrollo a los dos ateneos (de Castelnuovo Fogliani y de Roma) elegidos por la Santa Sede para la formación cultural de tales profesores, a la vez que por todos los medios se ha tratado de encaminar hacia ellos al mayor número posible de religiosas, las cuales, asistidas y guiadas durante los estudios universitarios, pudiesen alcanzar la preparación necesario para desempeñar la difícil tarea educativa.

Preocupada, además, de las necesidades y de los legítimos intereses del personal llamado "externo," que en número considerable presta su propio servicio en las escuelas dependientes de la autoridad eclesiástica, ha dirigido a este personal sus particulares cuidados, haciendo ver — incluso recientemente — el valor de su actividad educativa, la necesidad de su formación, la necesidad inaplazable de su reglamentación jurídica y económica adecuada a la dignidad de la misión que realiza, a las necesidades de la vida cotidiana y a la seguridad y tranquilidad en el trabajo.

5. El problema del personal reviste fundamental importancia incluso en relación con la organización de la nueva escuela; sobre éste, por tanto, y sobre su mejor solución ha de sentirse la más cuidadosa preocupación por parte de cuantos participan en los trabajos de esos Congresos.

6. Definidos los elementos esenciales que constituyen la estructura de la proyectada escuela y establecida la necesidad de la preparación adecuada del personal que ha de trabajar en ella, es necesario examinar las nuevas formas de experimentación didáctica que han de llevarse a cabo en la escuela media y en la de formación profesional.

La nueva didáctica

7. Tal vez con excesiva frecuencia, y con acentos de seguridad, se acostumbra a hablar de *nuevos métodos* didácticos y de *nuevos experimentos* educativos.

Muchas veces lo nuevo está sólo en la forma y no en la sustancia: a veces está en la dicción y no en el contenido;

en muchos casos, por último se trata sólo de aplicaciones de las recientes investigaciones científicas aplicadas a métodos que son tan antiguos como el hombre y como su capacidad de enseñar y de educar.

Con periodicidad repetida se pretende, además, inculcar la didáctica y la pedagogía nueva usando siempre los mismos términos que fueron adoptados también en el pasado pero enriquecidos con las novedades de algunos vocablos y con los resultados científicamente adquiridos por las disciplinas auxiliares de la pedagogía.

8. El educador católico, que vive en la escuela dependiente de la autoridad eclesiástica, debe cuidadosamente ponerse en guardia contra las solicitudes de tales *novedades*: debe examinar su contenido a la luz de su experiencia cristiana, teniendo presente la máxima, que encuentra aplicación también en el campo educativo según la cual es preciso realizar "non nova, sed noviter" (no cosas nuevas, sino de forma nueva). El educador católico debe seguir el desarrollo de la ciencia y de la técnica moderna aplicada a la educación recurriendo a la información racional y metódica de seguros *centros didácticos* y formándose a este fin una complete cultura que pueda constituir para él el fundamento científico para la realización de nuevas experiencias.

9. A tal fin deberá poner, ante todo, como base de toda experiencia el respeto a la personalidad del alumno, de su delicada y frágil naturaleza; deberá, además, respetar la libre exigencia de los padres y de los otros educadores que cumplen, en torno a la escuela, con derecho inalienable, la obra formativa del alumno mismo.

10. No deberá considerar al educando como un sujeto anatómico que pueda ser viviseccionado con frío rigor científico, sino aproximarse a él con delicado cuidado para escuchar amorosamente el palpito de su corazón, recoger sus latidos como los de un ser viviente que se abre gradualmente a la vida: ser racional creado por Dios a su imagen y semejanza, redimido por la sangre de Cristo, vivificado y santificado por la gracia; hijo de Dios, miembro de la Iglesia militante, de la familia humana y de la comunidad nacional.

11. Es preciso, por tanto, que el educador, movido por este fundamental respeto al alumno, estimule pacientemente su personal iniciativa, lo guíe sin irracionales instigaciones por el camino de la verdad hasta la meta de la verdadera cultura, no a

base de áridas e inconexas nociones, sino con el fundamento constante de una integral formación de la mente y del corazón.

El educador deberá por ello poseer el adecuado cúmulo de nociones útiles, directa o indirectamente, para enseñarlas, con las cuales podrá dirigir hacia la justa meta su propia obra educativa.

A tal fin es necesario que, además de la disciplina aprendida durante la preparación escolástica y universitaria, conozca también todo aquello que de algún modo pueda ayudar al más eficaz rendimiento de la acción didáctica, poniendo a común provecho la propia experiencia y la de los demás, así como los resultados logrados sobre un más vasto campo por toda la escuela católica.

12. Esta continua actualización sobre el terreno educativo de las experiencias comunes proporciona también la posibilidad de experimentar, en la prueba de los hechos, la bondad y la seriedad de algunos principios que, si permaneciesen solamente en el campo de lo abstracto, no podrían constituir, como constituyen, la guía y norma de la obra educativa.

13. Cumpliendo su trabajo debe el educador saber poner en todo la originalidad de su propia acción de la misma forma que en el desarrollo de un tema igual para todos; cada uno sabe expresar y hacer lucir aquellos aspectos inconfundibles que contradistinguen la propia personalidad. Pues la educación es y debe ser una obra enteramente *personal*.

14. En el desarrollo de esta diligente fatiga nunca debe perderse de vista el fin principal de la enseñanza, que es el de conseguir siempre una buena escuela: sabia, humana y cristiana, educando sobre todo, más que intruyendo, de modo que la escuela sea siempre y realmente palestra de vida y de ella salgan jóvenes que sepan vivir cristianamente.

La didáctica de las diversas disciplinas

15. Los nuevos métodos didácticos son aplicados en la enseñanza de las diversas disciplinas. Si éstas tienen, cada una en su propio ámbito, su importancia, es de destacar que algunas de ellas deben considerarse *preeminentes* respecto de las otras, ya por su contenido altamente formativo, ya con miras a las particulares exigencias propias de la escuela católica. Entre todas merecen especial mención la religión y la lengua latina.

Ya en el pasado año, con ocasión del Congreso de "Colle Isarco," esta Sagrada Congregación observaba, a propósito de

la enseñanza religiosa, cómo ésta debe desarrollarse “de manera orgánica, persuasiva y eficaz”, elementos todos que pueden ser adquiridos por parte del profesor con una larga y meditada preparación a través de un estudio serio y racional. La religión debe ser realmente el fundamento y coronación de todas las otras enseñanzas, y de ella, como de *árbol-madre*, deben arrancar las otras disciplinas humanísticas, históricas, científicas y técnicas.

16. Por tanto, toda tentativa encaminada a hacer más fructuosa dicha enseñanza, toda sana experiencia realizada a este propósito con prudente y oportuna selección, merecen el aplauso y la complacencia de este Sagrado Dicasterio. La nueva didáctica y las nuevas formas educativas que se aplican para las otras disciplinas deben, pues, ser empleadas ante todo para el estudio de la disciplina verdaderamente fundamental, la disciplina básica que es la religión.

17. De otra parte, el estudio de la lengua latina debe encontrar siempre la justa y necesaria consideración.

La tradición cultural de la Iglesia, promotora de todo verdadero progreso intelectual, tiene en la lengua latina el instrumento más idóneo para la formación del hombre cristianamente entendido.

En los siglos más duros la llama de la civilización se mantuvo encendida por el estudio de esta lengua; mientras por los demás era descuidada, florecía en los cenáculos de vida monástica, junto a las catedrales, al lado de la Sede Apostólica. Y la escuela humanística cristiana encontró en la Iglesia la más valiosa fautora en todos los tiempos y en los más diversos lugares.

Tan glorioso patrimonio de auténtica cultura no debe ser descuidado, sino que ha de tener lógica continuación, necesario incremento. Al valor educativo de tal lengua debe dársele su verdadero significado, y el alumno ha de ser llevado al estudio de ella con el auxilio de los nuevos métodos didácticos, en edad adecuada a su capacidad intelectual, de modo que el latín, racionalmente aprendido, sea como el fundamento más valioso y seguro para la enseñanza de las otras disciplinas.

(Continuará)

SAGRADA CONGREGACIÓN DE SEMINARIOS Y
UNIVERSIDADES

Epistula

Ad Excellentissimos Locorum Ordinarios

DE LATINA LINGUA RITE EXCOLENDÆ.

Excellentissime Domine,

Latinam excolere linguam eandemque diligere sacrorum alumni per saeculorum decursum iustis probatisque institutis edocti sunt. Minime enim Te praeterire censemus — utpote sacrae tuae iuventae rectam deucationem pro viribus prosequentem — quantopere instent Ecclesiae praecepta, ut ad Sacerdotium contententes cum generatim humanis literis tum praesertim Latino sermone sedulo imbuantur. Probe enim novimus hanc linguam esse Sacerdotis insigniter propriam, qua is uti iubetur cum Sacra exsequitur Christi vicem gerens apud Deum; non est dubium igitur quin ipsius muneris gratia ille non modo huius sermonis gnarus esse debeat, verum etiam peritus quam qui maxime.

At nostra aetate vulgata est opinio viros ecclesiasticos haud ita optimis artibus esse eruditos, quibus decessores anteactis temporibus omnium aestimationem sibi comparabant; quin etiam, saepe ac passim dici audimus non deesse sacerdotes sacris ordinibus recenter auctos, qui, ad Latinam linguam quod attinet, tanta inscitia laborent, ut eam non modo expedite loqui aut scribere inoffensis grammaticae legibus, sed etiam vel facillimum Latinitatis auctorem intelligere nequeant.

Quae sit huiusmodi rei causa, plane omnibus patebit, qui paulo perpenderit quomodo alumni nostri in praesens instituuntur. Fatendum quidem est in nostris quoque Seminariis Latinae linguae studium multum esse imminutum, atque sacra Ephebea haud raro inclitam studiorum laudem amisisse, qua, litterarum cultum cum boni virtutisque amore egregie componendo, exemplo auctoritateque viguerunt: pro dolor! aetas haec nostra nihil aliud vel pluris facere vel avidius cupere videtur, quam commoda vitae utilitatesque, atque non sine contemptu aspernari quod politiorum artium et litterarum navitatem pulchritudinemque redoleat.

Ne quis existimet nos plus dicere quam patiatur veritas, cum de Latinae linguae defectione in Seminariis nostris que-

rimur, satis fuerit in medium quaedam proferre exempla quae huic Sacrae Congregationi comperta sunt. Etenim per Visitatores Apostolicos, qui nuper in singulis Nationibus de ratione studiorum penitus investigaverunt, factum est, ut de hac re tristissima nancisceremur testimonia. Quin imo non defuerunt qui, ingravescente malo commoti sua sponte animum nostrum in negotium tanti momenti converterent, omnes ipso quo funguntur munere fide digni et omni exceptione maiores, hoc est Universitatum studiorum Praesides, Seminariorum Moderatores ac Magistri, nec non aliqui viri laici haud parvae auctoritatis impenseque de Ecclesiae bono solliciti.

At nos moverunt praesertim plurimorum Episcoporum interventus, qui fuse et iisdem fere verbis damna denuntiant Ecclesiae obventura, nisi oportuna aptaque remedia adhibeantur. Afflictam Latinae linguae sortem conquesti, eius ignorantiam potissimum deplorant, eo quod, hac de causa, nostrorum Ephebeorum alumni disciplinas philosophicas et theologicas minus colere videantur vel leviter tantum attingere. Nam Latinum sermonem nisi sacrorum alumni optime calleant — id quoque Excmi Praesules iure meritoque affirmant — Sanctorum Patrum scripta, Conciliorum definitiones edictaque, Summorum Pontificum documenta, Theologorum sententiae, uno verbo, uberrima totius Traditiones monumenta divitias suas eis aperire non possunt.

Quapropter Sacra haec Congregatio tot tantique ponderis invitationes, quae undique ad eam pervenerunt, recipere non dubitavit; atque utilem simul et acceptam se facturam omnibus confisa, ut in libellum colligerentur decrevit documenta aliqua, quae SUMMI PONTIFICES nostro tempori propiores ad rem quod attinet luculentissime dederunt. Qui enim hoc parvum volumen evolverit, facile cernet quanta argumentorum vi Latina lingua nostris adulescentibus proponatur omni diligentia et cura perdiscenda. Summos Pontifices loquentes induximus, ut omnibus, ad quos pertinet, sine ulla ambiguitate pateat quid faciendum sit, ut quae eorum voce Ecclesia ipsa iubet, ad effectum studiosissime deducere non pigeat.*

* Que uberiora de Latinae linguae studio et usu argumenta Excellentissimis Ordinarii suppeditaret, Sacra Congregatio de Seminariis Studiorumque Universitatibus duo quoque opuscula ad eos misit, quibus titulus: I. Summorum Pontificum cum de humanioribus litteris tum praesertim de Latina Lingua documenta praecipua; II. *Il Latino lingua viva nella Chiesa*, in quo viri praeclari docte ac dilucide rem proponunt.

Ad Summorum autem Pontificum documenta quod attinet, haec quae sequuntur allata sunt: Pius IX, Epist. Encycl. Singularem quidem, 17 martii

Quo plenius vero propositum assequamur, operae pretium est exponere quatenus sint remedia adhibenda, malo curando consentanea; quae sane ita deligenda sunt, ut sint pauca quidem numero, sed efficacitate validissima.

I. — Dubitari non potest quin ad linguam Latinam in pristinum florem vigoremque restituendam, primum locum obtineat accurata selectio Magistrorum. Perspicuum est enim nullum huius disciplinae profectum esse sperandum usque dum magistri haudquaquam idonei huic operi addicti fuerint. Nam Visitatores Apostolici communi sententia affirmant ex hoc potissimum prodire valde dolenda consecutaria, quod scilicet huic disciplinae tradendae saepe saepius magistri praeponantur haud pares. Curent igitur Ordinarii, ut discipulos doctis praeceptoribus solummodo committant, iis in primis qui, cum altius ac diligentius apud Universitates studiorum in litteris elaboraverint, sint instituendi docendique periti; qui si desint, omni contentione eos parare enitantur.

II. — Ad Latinum autem sermonem facilius penitusque ediscendum, Seminarii alumni inde a primis navandis litterarum studiis huius linguae rudimentis instituuntur necesse est. Recta vero institutiones methodus accurate seligatur oportet: quomodo scilicet tironibus haec disciplina sit impertienda, ut eam colant, diligent ac diligendo optime discant.

Sunt qui, severiorem sententiam secuti, nimis et temporis et curae philologicis pervestigationibus tribuant atque doctissimis quidem ac paene infinitis elucubrationibus discipulorum mentes referant: quid mirum, si tantum doctrinae congeriem oscitanter accipiunt alumni atque fastidiunt?

Alii contra, quibusdam recentioribus instituendi praeceptis indulgendo, censent discipulis, paucis dicendi scribendique legi-

1856 (Enchiridion Clericorum, n. 338); — Leo XIII, Epist. Plane quidem, 20 Maii 1885 (Ench. Cler. nn. 461-465); Epist. Encycl. Depuis le jour, 8 Sept. 1899 (Ench. Cler. 593-596); — Pius X, Epist. S.C. Studiorum, Vehementer sane, 1 iulii 1908 (Ench. Cler. nn. 820-822); Epist. Sollicitis Nobis, 8 dec. 1910 (Ench. Cler. n. 849); Epist. Votre lettre, 10 iulii 1912 (Ench. Cler. n. 861); — Benedictus XV, Litt. S. C. de Semin. et Stud. Univ. Vixdum Sacra Congregatio, 9 octobris 1921 (Ench. Cler. n. 1125); — Pius XI, Epist. Ap. Officiorum omnium, 1 augusti 1922 (Ench. Cler. n. 1154); Epist. Ap. Unigenitus Dei Filius, 19 martii 1924 (Ench. Cler. n. 1189); M.P. Latinarum litterarum, 20 octobris 1924 (Ench. Cler. nn. 1200-12002); Pius XII, Epist. Encycl. Mediator Dei, 20 novembris 1947 (A.A.S. 39 (1947) 544 s.); Serm. Magis quam, 23 septembris 1951 (A.A.S. 43 (1951) 737); Serm. C'est une grande joie, 5 septembris 1957 (A.A.S. 49 (1957) 845-849).

bus acceptis, quam primum in lectionem optimorum Latinitatis Auctorum esse incumbendum. Quo fit, ut discentes, necessariis rudimentis haud instructi, omne genus difficultatibus prohibeantur, quominus quae legant recte interpretari valeant: quamobrem crebro accidit, ut pueri, vanis infructuosisque inceptis fatigati, animo ita deficient, ut desperant se id quod conantur assequi posse.

Cum omne, quod finem et modum excedat, semper noceat, medium iter tenere debemus: apta igitur et efficax illa nobis videtur alumnorum institutio, quae — opera congruenter impensa grammaticae regulis verborumque constructioni ediscendis — crebis exercitationibus ad difficultates evincendas et ad scriptores recte interpretandos gradatim perducatur.

Qui vero Auctores deligendi? Antiquitatis Romanae unis scriptoribus haud contentos nos esse oportet, sed etiam magni aestimandi sunt totius Latinitatis Auctores, qui tum incorrupta verborum integritate concinnaque oratione, tum dicendi genere ad aureae aetatis magistros iure accesserint. Latinus enim sermo numquam ita iacuit, ut aliquando cultores egregios non invenerit nin minus elegantia quam doctrina conspicuos. Ex omnis aetatis igitur viris litteratis exemplum simul et incitamentum capiant discipuli, qui hac ratione certis innixam argumentis hanc detegent veritatem: linguam Latinam non esse mortuum quiddam vel exsanguie saeculorum pulvere contextum ideoque ad vitae disciplinam prorsus inutile, sed instrumentum atque sapientiae humanitatisque vehiculum, quibus, Ecclesia duce et magistra, noster civilis cultus effictus et conformatus est: eam igitur iure meritoque firmam etiam hodie servare vim et efficacitatem.

III. — Postremo unum nobis valde commendandum restat, ut scilicet ad linguam discendam iusta alumnis concedatur facultas: ut enim eius praecepta et usum calleant — cum praesertim haud parvae obstant difficultates — multum temporis et laboris requiritur. Quid igitur dicendum de illis studiorum rationibus (quas in quibusdam Seminariis vigere comperimus), quibus tam paucae numero horae praelectionum linguae Latinostudio tribuuntur? Quidam excusationem afferunt, quod maioribus necessitatibus cedere cogantur: aiunt enim alumnos, nisi rationem studiorum a civili potestate praestitutam sequantur,

gradus academicos publice probatos acquirere non posse. Quae tamen excusatio probari nequit. Nam Ecclesia ad sacrorum alumnos rite instituendos, cum suos peculiare habeat ac prosequatur fines, suis quoque utitur legibus, quibus nullo pacto se abdicare potest; ceterum esse Seminaria, in quibus tirores et latine discant et gradus academicos sibi comparent, omnibus compertum est.

Haec Tecum communicanda putavimus; eaque sane tanti momenti et auctoritatis esse videntur, ut Tuas mereantur curas sollicitudinesque quam maximas. Pro certo quidem habemus, omnia in Tuo Seminario ita dispositum iri, ut ad has normas hortationesque alacriter conformentur.

Qua freti spe, optima quaeque Tibi ex animo ominamur ac plurimam in Domino salutem dicimus.

Datum Roma, ex Aedibus Sancti Callisti, d. XXVII m. Octobris, in festo D. N. Iesu Christi Regis, s. D. MCMLVII.

I. Card. PIZZARDO, Praefectus

L. S.

C. Confalonieri, a Secretis

NOTICE:

The feast of the Nativity of the Blessed Virgin Mary is an abrogated Holyday of obligation, but it falls under the days on which the Bishops and Parish Priests *have to apply the Mass for the people.* (Can. 339, 466. § 1.)

P. WILLIAM SCHLOMBS, S.V.D.

CURIAS DIOCESANAS

ARZOBISPADO DE CAGAYAN DE ORO

BODAS DE PLATA EPISCOPALES

*Venerabili Fratri**Jacobo Thomae G. Hayes**Archiepiscopo Cagayano**Pius P. P. X.I.I**Venerabilis Frater.**Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Haud levem animi delectationem tibi affert proximus dies, quum ipse quinque a suscepto episcopatu lustra, Dei favente gratia feliciter implebis. Postquam enim in sacrorum Antistites adnumeratus es, primo tamquam Episcopus, deinde vero, Cagayana sede septem abhinc annos ad gradum metropolitanae evecta, tamquam Archiepiscopus, pastoralis regimini operam impendisti, curas quoque adhibendo ad novam Seminarii clericorum sedem nuper aedificatam. Quapropter Nos, praeclara arrepta opportunitate, tibi, Venerabilis Frater, de pastoralis ministerio tam diu impigreque exercito ex animo gratulamur, Deum impense precantes, ut supernis uberibusque te donis ac solaciis exornare benigne velit.

